



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Index Librorvm Prohibitorvm Et Expvrgandorvm Novissimus

Sotomayor, Antonio

Madriti, 1667

Tertia Classis. In Qva Libri incertorum Avctorvm expurgati, aut prohibiti,
&c. P

[urn:nbn:de:hbz:466:1-81432](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-81432)



TERTIA CLASSIS:

IN QVA

Libri incertorum AVCTORVM expurgati, aut prohibiti, &c.

P

PAPATVS Romanus.

Liber de Origine, progressu, atque extinctione ipsius.

PARALIPOMENA.

Rerum omnium Memoria dignarum. Parisijs impressum, vel alibi, sine Auctore.

PARALIPOMENON.

Rerum Memorabilium à Friderico secundo usque ad Carolum Quintum.

Annotationes, & scholia in Abbatem Vrfpergensem, & eius Historiæ per quendam studiosum annexum.

PASQVILLVS Pagius.

PASQVILLVS Germanicus.

PASQVILLVS Proscriptus à Trid. Concil.

PASQVILLVS Semi-Poëta.

PASQVILLI extratici, seu nuper è cælo reversi, de rebus partim superis, partim inter homines in Christiana Religione passim hodie controversis, cum Marphorio colloquium.

PASQVILLI omnes, omnesque conscriptiones ex verbis Sacræ Scripturæ, seu alias confectæ, in quibus Deo, aut Sanctis, aut Sacramentis, aut Catholicæ Ecclesiæ, & eius cultui, aut Apostolicæ Sedi quomodocumq; detrahatur.

PASQVILLI & Marphorij hymnus in Paulum III.

PASQVILLORVM Tomi duo.

PASSAGIVM Terræ Sanctæ, liber sic inscriptus.

PASSIO Martini Lutheri, secundum Marcellum.

IN Pauli V. Pont. Max. censuras pro causa Venera quidam Tractatus, sine nomine Auctorum. Prohibentur.

IN PAVLVM Warnefridum.

De Gestis Longobardorum, lib. 4.

Præfatio, & Annotationis, Lugd. Batav. apud Rapheleng. 1595.

Ex Præfatione quæ est in nominati Auctoris, notariacis tantum litteris indicati, D. D. F. L. B. sed tamen sectarij, ut ex tit. Epistolæ Dedicatoriæ, & ex immodestis quorundam sectariorum laudibus colligitur, delenda inscriptio tota.

De persecutione Barbarorum, liber sic inscriptus.

IN PETRONIVM Arbitrum.

Notæ, & Observationes variorum. Helenopoli. apud Ioannem Bringerum, 1610.

In Prolegomenis cap. 2. p. 26. dele nomē Beza. — Et pag. 28. lin. 8. ante fin. post illa verba, *certè dissentimus*, dele usque ad illud pag. 30. *Nec aliud divi Basilij*, excl. — Pag. 31. ad med. post illa verba, *Spem habeamus*, dele 3. lin. usque ad illa verba, *De ea parte*, excl. — Pag. 33. ante med. post illa verba, *Simul atque doctissimi*, dele lineâ, usque ad illa verba, *Cui paribus*, excl. — In *Sylloge annotationum*, in Petronij Satiricon, &c. adhibe, *Georgio Erhardo* notam Auctoris

Cccc 3 dam-

ES
m
ORU

damnati, & operis cum expurgatione permissi. Habetur verò hæc sylloge post fragmenta Petronij. — Deinde in pag. seq. in Indice Interpretum, adhibe notam dānationis Hermāno Buschio, Hadriano Iunio, Henrico Stephano, Conrado Rittershusio, Iano Douſæ, Ioāni à Wouveren, Ioanni Isacio Pontano, Gaspari Barthio, Melchiori Haimnsfeldio, Georgio Ethardo, & similibus sectarijs, quod etiam præstandum est sub initium singulorum opusculorum, præcipuè pag. 185. Iano Douſæ Patri. — Et pag. 487. eadem nota debet adhiberi Gaspari Barthio. — Et pag. 352. Georgio Ethardo in cuius symbolis sequentia sic corrigenda sunt.

Pag. 525. post medium, & illa verba, *Quod non placet*, dele 3. lin. usque ad illa verba, *Et non paulò plus*, exclus. — Pag. 553. ad medium, post illa verba, *Bebelium in facitjs*, dele 9. lin. usque ad illa verba, *vitrea fracta*, exclus. — Pag. 567. ad med. post illa verba, *Eam traducere*, dele 2. lin. usque ad illa verba, *Quæ mille*, exclus. — Et pag. 575. lin. 3. dele nomen, *Bezæ*. — Et pag. 593. & 633. ad medium, dele nomen *Bucerii*. — Et pag. 614. post med. *Zuinglij*. — Et pag. 650. iterum *Buceri*, & similitum quando occurrant.

Pag. 525. post medium, & post illa verba, *Quod non placet*, dele decem lineas usque ad vers. 11. exclus. — Pag. 526. linea antepenultima, dele, & *Iesuitarum gymnastica*. — Pag. 527. dele, & *Scholasticorum Doctorum ineptias*. — Pag. 530. linea extrema, dele, *Bucerius Commentario in Mattheum versic. 24.* — Pag. 553. ad medium, dele duos titulos, *Monachi*, & *Moniales*. — Pag. 564. post somniorum interpretationem, dele duas lineas, usque ad versicul. ult. *Assentationem*. — Pag. 566. post medium, & post illa verba, *Proferatis in publicum*, dele 3. lin. sequentes, usque ad versicul. 20. — Pag. 567. ad medium, post, & *nollet eam traducere*, dele duas lineas, usque ad versic. 11. *Quæ mille*, exclus. — Pagin. 575. dele, *vide Bezam*, usque ad, *Petron. infra*. — Pag. 578. post medium, dele, *Ioannes Antonius Campanus Episcopus*, & post tres lineas, dele, *Opudicum Episcopum*, & *Romano Scortio dignum*. — Pag. 614. post medium, dele, *Zuinglius apolog. complanat.* — Pag. 623. linea penult. dele, *Quare ineptie*. — Pag. 644. lin. 5. ante fin. dele, *monastico, hoc est hypocritico*. — Pagin. 666. dele, *Zuinglius Apolog. complanat.* — Pa-

gina 707. linea 6. dele, *imperii*.
Iuxta huius operis expurgationem notanda est editio notarum, & oblationum in Secundum Petronium Arbitrum Lugduni, apud Paulum Frellon, 1661. & alia Lutetiæ Parisiorum, 1661.

IN EVNDEM PETRONIVM, CVM QVODNIUM Interpretum observationibus ad eam cem cuiusque capituli collocatis, &c.
Excudebat Ioannes Mercetius, 1629.

Præterquam quod hæc recens editio novata, & adornata, seu potius tota facta est studio, & opera sectatorum Calvinorum, Bezitarum, & Beucerianorum.

In Prolegomenis notandum quoddam fragmenta Auctorum damnatorum sunt cap. 1. pag. 9. & sequent. *Gerardus Gernerus*, *Geraldus Falchemburgus*, *Iano Douſa Pater*, *Iosephus Scaliger*, *Joannes Simlerus*, *Ioannes Iacobus Frisius*, *Conradus Rittershusius*, *Albericus Gentilis*, *Isaacus Casaubonus*, *Franciscus Ropoli-gios*, *Michaël Piccartus*. — Cap. 2. in prolegomenis pag. 14. in medio expunge nomen *Bezæ*, & pag. 15. expunge integrum, qui incipit, *Theodorus Bezæ*, usque ad priores lineas, pag. 16. inclusivè. Et si aliud, exclus. — Et eadem pagin. 16. quatuordecima lin. ante finem, post illa verba, *Scripturarum spem habeamus*, dele omnia sequentia, usque ad 3. priores lineas pagin. 17. & illa verba, *audim tu barum*, dele. — Et in medio eiusdem pagin. 17. post illa verba, *Feditatem expelle animo*, dele 11. lineas, usque ad, *Ioannes Gerson*, exclus. — Pagina 24. in Indice interpretum, adhibe notam damnationis, iisdem Auctoribus, quibus inuritur in priori editione. — Cetera si quæ desunt, petenda, ex prioris editionis expurgatione.

PHALARISMVS. Lib. ita inscrip.
PHILOSOPHIA Amoris. Lib. ita inscrip.
PHRASES Sacre Scripturæ, liber finis Auctore, donec prodeat expurgatio.

PIÆ & Christianæ Epistolæ, cuiusdam servi Iesu Christi, de Fide, Operibus, & Charitate.

PIVM consilium super Papæ Scondoti, dicti, Gregor. XIV. Monitorialibus, & vocant Bullis, &c. à Tussano Bercheto Lugonienſi è Gallico sermone in Latinum conversum.

IN PLVTARCHVM.

INDIC
Librorum
PROHIBIT
E. V.
= 4.

Quoniam extant Plurarchi operum varieg editiones cum Præfationibus, & Annotationibus, Auctorum damnatæ memoriæ, oportuit illis suam vel notam, vel censuram adhiberi, & editionum quoque meminisse.

PLVTARCHI Græcorum.

Romanorumque illustrium Viri. Basileę apud Michaëlem Isingrinium, 1552. & Lugduni, apud Guilielmum Gazeium, 1552. in forma parua, cum Hieronymi Gomulæi, damnati Auctoris, Præfatione, seu Dedicatoria Epistola prolixiori, quæ incipit, *Præclare dictum, &c.* cui adhibenda auctoris nota, & epistolæ permissio.

EIVSDEM Plurarchi Moralia. Francofur. ad Mænum, 1580. cum Præfatione Sigismundi Feyrabeni, Bibliopolæ malæ fidei, ad Guilielmum Landgravium Helsiæ, ad initium pag. 3. in fine § *Non verò*, delenda sunt illa verba, *Religionis, & fidei puritatis*. — Et inferius, § *Patrum nostrorum*, linea 11. dele, *Tum Ecclesiasticas, tum*.

EIVSDEM Plurarchi omnia opera duobus Tomis. Ex interpretatione Xylandri. Francof. apud Ioannem Saurium. 1600. & Venetijs, apud Hieronymum Scorum, 1601. qui continet Parallela Illustrium Virorum.

In prima libri facie, ubi fit mentio libelli Æmilij Probi recogniti à Nathane Chytræo adde auctoris damnati.

EIVSDEM omnia opera Græco-Latina, ex interpretatione Hermanni Cruserii, & Guilielmi Xylandri. Francof. apud Hæredes Wechel. 1599. De Xylandro, vide suo loco, in *Guilielmo Xylandro*, 1. Class. & in hac editione, apponenda Xylandro sua nota, sicut etiam Henrico Stephano epigrammatario, fol. 2. sicut & Annotationibus, in fine prioris tom. — Fol. vero 7. pag. 2. in Epistolio Davidis Hoeschelii ad Raphelegium, Hoeschelio impone notam damnati Scriptoris. — In tom. 2. expungenda est præfatio Xylandri ad lectorem, & in Annotationibus, quæ habentur ad finem, inurenda est Henrico Stephano sua nota.

POEMATA varia Doctorum, donec prodeat expurgatio.

DE POLITIA, & disciplina civili, & Ecclesiastica, tum Israëlita, tum Christianæ Reipublicæ libri duo. Lugduni, 1585.

PONTIFICII oratoris legatio, in Conventu Noribergensi.

POSTILLÆ maiores, sine nomine Auctoris.

ITEM Postillæ maiores, in Epistolas & Evangelia totius anni.

PRAXIS & Taxa officinæ poenitentiarie Papæ ab Hæreticis depravata.

PRECATIONES Biblicæ Sanctorum Patrum. Antuerpiæ, impressæ per Ioannem Crinitum, & Martinum Casarem, seu huiusmodi alibi.

PRECATIONES Biblicæ.

PRECATIONES Christianæ ad imitationem Psalmorum.

Precationum aliquot, & piarum Meditationum Enchiridion.

Precum publicarum, seu ministerij, Ecclesiasticæ administrationis, in Ecclesiâ Anglicanæ, &c. Lugd. 1594. liberita inscriptus.

Præparatio mortis, Tractatus ita inscriptus, sine proprio Auctoris nomine.

PRETIOSA MARGARITA.

Corrigenda. Ex opusculo inscripto, *Pretiosa Margarita*, auferatur Titulus ille, *Distinctio prima ostendens quod hæc ars sit naturalis, & divina, &c.* & quidquid sub Titulo ipso continetur, usque ad, & *tantum de prima distinctione*, inclus.

Sub Titulo, *Collectanea Lacinij ex Arnaldo de Villa nova, &c.* circa finem libri cap. 7. & ult. sub alio minori Titulo, *Quomodo debet intelligere solutionem, & sublimationem*, in fine expungantur illa verba, *Quoniam infortunatus es, sicut ille, cui nunquam Deus aliquid tribuit, vel concedit boni*.

PRIAPEIA, quæ una cum Virgilio circumferri solet.

Processus Consistorialis Martyrij, Ioannis Huss.

Processus Iuris Ioco-Serius, Hanoviæ, 1611. typis Wechelianis.

Continet 3. Tractatus, primus est Processus Satanæ contra B. Virginem, Auctore Bartolo de Saxo-Ferrato. Secundus, Processus Luciferi contra Dominum Iesum Christum, Auctore Iacobo de Ancharrano, Archidiacono Aversæ. Tertius, de Amore. Auctore Marcello Averno. Prohibentur.

Profopographia insignium Personarum, sine nomine Auctoris, aut cum illo.

Protocollum, hoc est, Acta Colloquij inter Palatinos, & Wirtembergicos Theologos.

Proto-Evangelium Iacobi.

De Protrahenda vita ultra viginti quinque annos.

ES
ORU

De Providentia Dei, liber ita inscriptus.

IN PRUDENTIUM.

Notæ, Scholia, & observationes variorum.

Et præsertim Ioannis Weitzij, qui aliorum opera collegit. Hanoviae, typis Wecheliani, 1613.

In prima libri facie adhibenda est Ioanni Weitzio, nota Auctoris damnati, & operis cum expurgatione permixti.

Expungenda est deinde tota Epistola Dedicatoria. — Ex Epistola verò ad Lectorem pagina 2. ante medium, dele immodestas laudes Davidis Hæschelij. — Et

pagin. 4. post illa verba, Ioachim Zehnerus, dele quatuor lineas, usque ad illa verba, Ei acceptas, exclusivè. — Et post quatuor lineas, dele immodesta, Elogia

Wolphangi Seberi, & Christiani Becimannii sectariorum. — Titulo, Vota Doctorum

virorum, &c. inclusivè expungantur 4. integra folia, usque ad titulum, Encomia,

& testimonia, &c. exclusivè. — Titulo, Encomia, & testimonia virorum Doctorum, &c. post pagin. 15. deleatur integrum testimonium cum titulo, Luce Osiandri, quod incipit, Eodem fere. — Pagina

22. deleatur quoque integrum testimonium cum titulo, Catalogi Testium veritatis, cui initium, Aurelius Prudentius.

— Pagina 26. etiam delendum omnino testimonium Iohannis Aventini cum titulo. — Post titulum, seu inscriptionem

Annotationum, Scholiorum, observationum, &c. folio sequenti in indiculo interpretum, ad nomina, Erasmi Roterodami,

& Andrea Wilkij, appone singulis suam notam, ad nomina verò Iacobi Spiegelij, Georgij Fabricij Chemnicensis, Adami Si-

beri, Georgij Remi, Iohannis Weitzij, singulis adde, Auctoris damnati opus prohibendum, cum expurgatione permixtum. — Post

encomia in Prudentium, deleantur carmina quædam in hanc Iohan. Weitzij editionem. — Ex Indice Auctorum dele nomina

Hæresiarcharum, Iohannes Calvinus, Lutherus, Philippus Melancthon. — Pag.

163. ubi incipit, Erasmi Commentarius in duos Hymnos Prudentij cum Epistola præ-

via, adhibe illi notam Auctoris damnati, & opusculi permixti. — Et idem præstandum est Spiegelio, in pag. 187. — Deinde in

eius expositione in Hymnum de Miraculis Christi, pag. 198. num. 8. post illud,

Triste quod timui, dele usque ad finem Annotationis. — Pagin. 219. num. 28. post

illud, Prope diem emittet, dele usque ad finem Annotationis. — Pag. 236. num. 1. post illud, Intrat ipsum Tatarum, dele

totam Annotationem. — Pag. 274. num. 87. ante medium, post illud, Apostolum va creatura, dele usque ad finem Annotationis. — Pag. 286. num. 96. post illud, Origenes

familia in numeros decima, dele usque ad finem Annotat. — Deinde in pagina 300. ubi incipit, Expositio Georgij Fabricij, dele

quosdam Hymnos Prudentij, adhibe notam Auctoris damnati, & operis permixti cum expurgatione. — Pag. 333. num. 1. post illud, Puriora Cristallo, dele usque

ad finem Annotationis. — Pag. 344. num. 71. post illud, Videatur Prudentius, dele Parentesim. — Epistola Dedicatoria Hymnum de Christi Nativitate, pag.

post illud, Olim Hebraeos, dele usque ad finem Annotationis. — Pag. 344. num. 85. post illud, Insuper non perit, dele

usque ad finem Annot. — Hymno, cui titulus, Romanus Martyr, pagin. 348. ad finem, post illud, Desideri non potest, dele usque ad, Vers. 1. exclusivè. — Pag.

356. num. 101. post verbum, Intrare, dele totam Annotationem. — Pag. 377. num. 341. post illud, Domus spiritus est, dele

usque ad finem Annot. — Pag. 374. num. 356. post illud, Ore condemnat, dele usque ad finem Annotat. — Pag. 376. num. 361. post illud, Cados osculari, dele usque ad finem

Annot. — Pag. 404. num. 364. post illud, & de Catharina, dele reliquum Annot. — Pag. 418. adhibe, Adami Sibi, in Scholijs ad quosdam hymnos notam Auctoris

damnati, & operis permixti. — Ex pagina 421. hymno 12. post illa verba, Innocentius appellat, dele 2. lineas, usque ad illa verba, Vers. 93. Anxius, exclusivè. — Pag. 428. adhibe, Georgio Remo, notam Auctoris

damnati, & operis cum expurgatione permixti. — Deinde pag. 508. hymno primo post illa verba, Flevit negator, dele usque

ad, Beinhardus, exclusivè. — Pag. 508. Hymno 5. numer. 133. post illud, Marcellus plicij, dele totam Annotationem. — Pagina 511. Hymno 9. num. 61. post verbum, Tu cibum, dele totam Annotationem

— Ibi, Hymno 10. vers. 130. post illud, Factoris ab ore create, dele totam Annotationem. — Pagin. 512. Hymno 1. Peristephano, vers. 12. post illud, Patronos esse mundi, dele

totam Annotationem. — Ibi, Hymno 2. num. 548. post illud, Orator ad thronum, dele

INDIC
Librorum
PROHIBIT
E. V.
= 4.

totam annotationunculam. — Et infra *Hymno* 3. num. 459. post illud, *Duo Apostolorum principes*, dele totam Annot. — Pagin. 513. *Hymno* 4. num. 32. post illud, *Petri innstat*, dele, reliquum annotationis. — Ibi, *Hymno nono*, num. 128. post illud, *de hinc dissipat*, dele tot. Annotationunculam. — Pagin. 514. *Hymno* 10. dele totum, usque ad, *Hymnum* 11. exclus. — Et ibi, *Eodem Hymno* 11. vers. 2. post illud, *Martyribus agit*, dele reliquum Annotationunculæ. — Pag. 516. *Hymno* 14. nu. 949. post illud, *Dispar illis*, dele totam Annotationunculam. — Pagin. 545. ubi incipiunt notæ Ioannis Weitzij, adhibe illi notam damnati Auctoris, & operis cum expurgatione permitti. — Pagin. 650. num. 901. in *Apotheosm*, dele illa verba, *Lutherus*, tom. 2. pag. 60. — Pagin. 735. numer. 236. ad librum 1. post illud, *Altarium multitudinem*, dele reliquum Annotationar.

EX INDICE dele SEQUENTIA.

Fato peccamus. — *Martyres honorandi, non adorandi.*

Psalmi Davidis carmine, impressi Lovanii.

Psalmi Davidis, ex Heb raico in Germanicū, & Latinū sermonē fideliter translati.

Psalmodi Davidis cū Catholica expositione Ecclesiastica, impressi per Henr. Stephan. ann. 1562. liber ita inscriptus.

Psalterium translationis vereris; cū nova Præfatione Martini Lutheri.

Psalterium Hæbraicum, Græco-Latinum; cum annotationibus impressum per Sebastianum Munsterum.

Psalterium Prophetæ Davidis, Hæbraicū, Græcum, & Latinum, iam denuo ad probatissimorum codicum fidem, &c. Catholicis quibusdam viris Auctoribus. Basileæ, apud Henricum Petri, 1548.

LICET Translatio huius *Psalterij* ex Hæbraeo non valde differat à Vulgata Latina, sciendū tamen notationunculas universas ab homine Luther. cōfectas, proinde phrasim esse Luth. de Verbo Dei, de Evāgelio, de cultu, de Religione, de Evāgelij reformatione (quo nomine, suam Lutheranā reformationē intelligit) de fiducia, de Spirituali Christi Regno, de hypocritis & superstitiosis (quo nomine Romanæ Ecclesiæ, Orthodoxos traducit) ideo cavendas has notationunculas, seu Cōmentariolū, & suspensa manu versandas. Sed nihilominus notanda, & expungenda, quæ sequuntur.

In ipsa libri facie, dele vocem *Catholicis* & substitue, ac, dele, *damnatis* quibusdā Auctoribus. — Fol. 2. pagin. 1. expungendum totum epigramma Petri Suederij. — Pag. 2. in Præfatione, quæ inscribitur, *Fidelissime matri Ecclesiæ*, dele, *Orthodoxorum fidem fidelissime per singula verba castigatum.* — Ex annotationibus verò *Plalm.* 1. pag. 3. ad medium, dele, seu expresso Verbo Dei. — Pagin. 11. *Psal.* 2. fine, vers. 12. dele, sed *beati simus in ipsum confisi.* — Pagin. 23. *Psal.* 5. dele, *Nostro saculo superstitiosi*, &c. — Pag. 27. *Psal.* 6. vers. 1. dele, *Quoniam pœna cum furore Domini est intolerabilis, adigitque ad desperationem.* — Et vers. 4. dele, *Misericordia excludit meritum, prædicat gratiam, & fidem.* — Et vers. 5. dele, aut mortem, & infernum, intellige desperationem à misericordia. — Pag. 87. *Psal.* 7. vers. 15. dele, ut *superstitiosi adversus Evangelicos.* — Pag. 67. *Pl.* 1. num. 1. dele, *Quo nitiur iustus, ut solido fundamento.* — Et pag. 69. num. 5. dele septem lineas priores, usque ad, *Impietas prævaluit.* — Pag. 75. *Pl.* 75. dele, & maxime contra omnes superstitiosos nostros. — Et paulò inferius, dele, *Per sinceram doctrinam Evangelij.* — Pag. 83. *Psal.* 14. dele, *Et imaginariis superstitiones.* — Pagin. 97. *Psal.* 16. numer. 10. post illa verba, *Corpus*, seu *humanitatem*, dele 4. lineas, usque ad, *sed max.*, &c. — Pag. 103. *Psal.* 17. num. 4. dele, *In solo Verbo Dei.* — Pagin. 115. in medio *Psal.* 18. dele, ut *D. Martinus.* — Pagin. 121. *Pl.* 18. num. 25. dele, *Dūris*, & *malis durus*, & *malus est.* — Pagin. 143. *Pl.* 19. num. 7. dele, *Per revelatum vocale*, & *litteris expressum verbum Dei.* — Et pag. 145. num. 10. dele, *Iustificat peccatores.* — Et pag. 147. numer. 12. dele, *Contra verbum Dei*, & iterum num. 13. — Pag. 151. *Psal.* 20. ante num. 6. dele, *Sunt qui putant pro Christo orandum esse, dum pro nobis pugnat.* — Pag. 163. *Pl.* 22. ante nu. 1. dele, *Adeo*, & *sensum irati*, & *aversi Dei*, qui sine controversia est infimus infernus. — Pagin. 181. *Pl.* 24. num. 1. dele, *Contra naturam.* — Pag. 187. *Pl.* 25. dele, *Sine verbo tamen*, & *spiritu Dei est hypocritica Philantia.* — Pagin. 249. *Pl.* 32. num. 1. post illa verba, seu *in iustitiam coram Deo*, dele reliquum, usque ad ult. lineam, & illa verba, *Contra per antithesim.* — Et pagin. 251. ante num. 2. post illa verba, *Temporalis*, & *eternus*, dele quinque lineas, usque ad numer. 2. exclusivè. — Et numer. 2. dele, *Dei est contegere dissimulare*, & non imputare pecca-

ES
n
ORU

peccata. — Pagina 271. Psalm. 34. numer. 8. dele, *Prædicatque beatos, qui firma fiducia ex Deo pendunt.* — Pag. 283. Psalm. 35. nu. 7. dele, *Aut propter solam confessionem Evangelij.* — Et pag. 285. num. 11. post illa verba, *De iniquis testibus,* dele novem lineas, usque ad finem. — Pag. 319. Psalm. 37. dele, *Videamus nostra tempora, quam sevant avari hypocrite, & pestiferi superstitiosi.* — Pag. 347. Psalm. 40. num. 5. dele, *& suorum meritorum.* — Et pag. 349. num. 9. ad finem, dele, *& ita sua iustitia nos iustificaret.* — Et num. 10. dele, *Scriptum per fidem in cordibus nostris.* — Et pagin. 353. num. 12. dele, *In puritate verbi.* — Pagin. 409. Psalm. 46. num. 1. post illa verba, *Ingruentia pericula,* dele tres lineas, usque ad, *Turcarum, & totum,* exclus. — Et pagin. 411. num. 4. dele, *Verbum Dei, & cultus vera Religio.* — Pag. 635. Psalm. 71. post illa verba, *Ex infernis reducere,* dele sex sequentes lineas. — Pag. 679. Psalm. 74. num. 12. dele lin. 21. *Per fidem.* — Pagin. 757. Psalm. 79. num. 13. dele post illa verba, *rerumque eventum,* tres lin. usque ad, *nam ille,* exclus. — Pagin. 775. Psalm. 81. ad finem, dele, *Quemadmodum sub hypocritis satis experti sumus.* — Pagin. 809. Psalm. 86. num. 13. post illa verba, *Magnifica eius misericordia,* dele sex lineas, usque ad num. 14. — Pag. 813. & 815. Psalm. 87. num. 5. dele, *Renascere per fidem in Filios Dei.* — Pagin. 819. Psalm. 88. num. 5. post verba, *Horrore, & agonia,* dele sex lin. usque, *Nec hominem novit,* exclus. — Pag. 921. Psalm. 97. num. 12. post illa verba, *seditione Absalonis,* dele quatuor sequentes lineas. — Pagin. 1133. Psalm. 118. num. 19. 20. 21. dele 7. integras lineas, usque ad, num. 22. — Pagin. 1143. Psalm. 119. dele verbum, *Et eloquium Dei, quod excludit, & damnat humanas traditiones.* — Et pagin. 1159. dele 3. sequent. lin. post illa verba, *Delicia hominis, & item 8. sequentes lineas priores pagin. 1161. usque ad num. 8. exclus.*

Pyromantia libri, & scripta omnia.

EN CASTELLANO.

Paradoxas, o sententias fuera del común parecer, traducidas de Italiano en Castellano, o en qualquier lengua, se prohib.

Pater noster, glossado en verso, que comienza, *Prudente Rey, a quien amantus vasallos por mil modos,* y acaba, *y puestos a tus pies, veas todos los Reynos estranos. Amen* Iesus, se prohib.

Pater noster glossado, cuyo principio es, *Principe que el mundo aclama, despierta y señor, &c.* y acaba, *pues que vio cortar la oliva, con cuidado del olivar, le prohib.*

PASSIO DVORVM.

El Tratado de Devotissimas, y lastimosas Contemplaciones de la Passion del Hijo de Dios, y de la compasion de la Virgen santa Maria su Madre, por esta razon llamado, *Passio Dvorum* en Barcelona, por Francisco Donil, de otra impresion.

Cap. 6. cerca del fin, fol. 21. pag. 1. del medio, despues de aquellas palabras, *Los brazos al cuello del hijo,* se quite hasta aquellas, *travando del,* exclus. — Y por mas abaxo, al fin de la pagina, despues de aquellas palabras, *y tu no te lastima,* se quite hasta aquellas, *con que caminas,* exclus. — En el mismo fol. 21. pag. 2. al principio despues de aquellas palabras, *no te lastima,* se quite hasta aquellas, *Olivas en el campo,* exclus. — Cap. 62. cerca del fin, fol. 167. pag. 1. al fin, despues de aquellas palabras, *se llevan a gran priesa,* se quite hasta aquellas, *guinandolas San Juan,* exclus. — Cap. 65. poco despues del principio, fol. 170. pag. 2. antes del medio, despues de aquellas palabras, *recibes tanta pena,* se quite hasta aquellas, *viendola ella,* exclus. — Luego despues de aquellas palabras, *pero to mas se te acerca,* se quite hasta aquellas, *menos andas,* exclus. — Y mas abaxo despues de aquellas palabras, *y con la Cruz,* se quite hasta aquellas, *suelte la Virgen,* exclus. — Y poco mas abaxo, despues de aquellas palabras, *a soltar el mundo,* se quite hasta aquellas, *y cobra el cuerpo,* exclus. — El fol. 17. pagin. 1. — Cap. 66. al principio, fol. 171. pagin. 2. al medio, despues de las palabras, *Madre tan penado,* se quite hasta, *y oyendo sus clamores,* exclus. — Folio 172. pagina 1. al principio, despues de aquellas palabras, *duran priesa porque,* se quite, hasta aquellas, *con la Cruz de la Madre,* exclusivè. — Cap. 69. azia el fin, fol. 177. pagina 2. al principio, despues de aquellas palabras, *traspasada en el clavo,* se quite hasta aquellas, *mayores que vees,* exclusivè. — Cap. 71. cerca del fin, fol. 180. pagina 2. al principio, despues de aquellas palabras, *mas nerviosas,* se quite hasta aquellas, *como podias ver,* exclusivè. — Capit. 80. azia el fin, folio 180. pagina 2. antes del medio, despues de las

INDIC
Librorum
PROHIBIT
E. V.
= 4.

palabras, *mas vivo que en ella*, se quite hasta, *le anima de tu hijo*, exclusivè. — Y mas abaxo, al fin de la pagina, despues de aquellas palabras, *vida de tal hijo*, se quite aquellas, *para camino tan largo*, exclusif. — Cap. 81. antes del medio, fol. 197. p. 1. linea 19. a mas del medio, despues de aquellas palabras, *buydos sin pastor*, se quite hasta aquellas, *o Madre llena*, exclusif. — Y poco mas abaxo, despues de las palabras, ultima linea, *que todo se junta*, se quite hasta, *consuela, y oye*, exclusif.

Peregrino, y Ginebra.

Piedra preciosa, o Perla preciosa.

Pie de la rosa Fragante, o por otro nombre, *Cavalleria Celestial*, assi el pie, como las hojas se prohib. que son dos cuerpos.

Preguntas del Emperador al Infante Epirus.

Proverbios de Salomon, y Espejo de pecadores.

Psalterio de Raynero en Castellano, o en otra qualquier légua vulgar, se prohib.

EN PORTVGVES.

PALMERIN de Oliva.

Cap. 90. se borren aquellas palabras, *se melhanes superstiçoens*, en qualquier lengua.

EN ITALIANO.

Paradosi, cioe Sententie fuori del co-

mu n parere, novellamète venute in lucco Precedenze. all' Apologia de la Confessio. Wirtembergense.

Due Prediche Catoliche, una delle opere buone, l' altera della giustificatione dell' homo con Dio, predicate nelle imperial palazzo di Praga, dal R. Padre P. Silero.

EN FRANCES.

Paradis du Pape Iule.

Petit livre de la loy de l'Evangile.

Psaultier de David en forme d'Oraison chez Liefvelt.

Les Prieres de l'Eglise de Geneve.

Les Prieres, & Oraisons de la Bible faites par les Saints Peres, & par les Hommes & Femmes illustres, &c. Imprimées par Dolet.

EN FLAMENCO,

Tudesco, y Ingles.

De Passie ons Heeren Iesu Christi altons Nicodemus, &c. By Claes van den Wonvvere.

Postille op de Epistelen, ende Evangelien van alle Sondaghen, &c.

Eyns freyaerts Predich.

Prognosticatie van Pantagruel.

Psalmes of David in Enghelsche metre.

Den derden Psal. van David, by Erasmus, apud Mariam. Anexi, Antuerpia, anno 51.



PRI

ES
n
ORU